



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Bernardi Primi Clarævallensis Abbatis, Ordinis  
Cisterciensium Antesignani, melliflui Ecclesiæ Doctoris  
Sermones In Dominicis & Festa per annum**

**Bernardus <Claraevallensis>**

LXXVIII. De differentia Tabernaculi Atrii Domus. in illud: Quam dilecta  
tabernacula &c.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39254**



Psal. 17. 8.

Quatuor differ-  
rentiæ hominū  
cognitorum &  
non cognitorum  
à Deo.

**P**opulus quem non cognovi, servivit mihi. Non esset magnæ admiratio-  
nis, si populus à Deo cognitus serviret illi. Cum verò incognitus illi  
serviat, & in auditu auris obediat, magnæ laudi adscribendum est. Ex hoc  
genere cognitorum & non cognitorum, & cognoscentium & non cognof-  
centium sunt quatuor differentiæ. Quidam enim sunt qui à Deo cognof-  
cuntur, & Deum cognoscunt; alii non cognoscuntur, nec cognoscunt,  
alii cognoscuntur quidem, sed ipsi non cognoscunt; alii non cognoscun-  
tur, & tamen cognoscunt. Cognoscere Dei, est felicem facere; cognosce-  
re hominis est gratias agere. Qui ergo cognoscuntur à Deo, & Deum cognof-  
cunt, sancti Angeli sunt, qui ab eo felices facti, eius laudibus semper va-  
cant, & obsequiis deserviunt. Qui nec cognoscuntur, nec cognoscunt;  
pauperes sunt necessarii, quos nec rerum temporalium copia ditat, nec bea-  
tificat servitus divina. Qui autem cognoscuntur, sed non cognoscunt, divi-  
tes sunt huius sæculi, qui acceptis quidem opibus affluunt, sed carnalibus  
desideriis huius sæculi pressi, nunquam ad cœlestia cor suspendunt.

Qui vero non cognoscuntur & cognoscunt, pauperes sunt voluntari-  
i, quos nec tribulatio, nec angustia, nec alia quæcunque pericula pos-  
sunt separare à charitate Dei. Et hi nimirum multis modis probantur ad-  
versis, durisque fatigantur tribulationibus, sicut scriptum est *b: Vasa figuli  
probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis.* Ex quorum item per-  
sona loquitur Psalmus *c: Deus Deus meus respice in me, quare me dereliquisti?*  
Nunquid non incogniti videntur qui orant ut respiciantur? Veruntamen  
licet derelicti videantur, ipsi tamen Deum cognoscunt; & ex persona co-  
gnoscentium statim in eodem Psalmo subinfertur: *Deus meus clamabo per  
diem, & non exaudies; & nocte, & non ad inspicientiam mihi.* De his ergo vox  
divina dicit: *Populus quem non cognovi, servivit mihi.* Ac si aperte diceret An-  
gelis suis. Quid, si vos mihi servitis quos felices facio, quandoquidem illi  
mihi serviunt quos in sua paupertate derelinquo? Et quid, si vos mihi obe-  
ditis qui faciem meam videtis, cum & illi obediant qui me tantum audiunt,  
& non vident? Vident quippe Angeli, audiunt homines. Audiunt scilicet  
& obediunt, ut quandoque similes Angelis facti, mereantur ipsi quoque  
videre. Itaque auditus est meritum videndi, visio præmium audiendi. Et  
prius est audire, videre posterius, sicut scriptum est *d: Audi filia & vide.*  
Quisquis ergo in futuro Deum videre desiderat, profecto necesse est ut in  
præsenti prius Deum audiat, & in auditu auris obediat.

h Eccli. 27. 2.

c Psal. 2 v. c  
Pauperes vo-  
luntar ii quasi  
incogniti &  
derelicti à Deo.

d Psal. 44. c

## S E R M O LXXVIII.

De differentiâ tabernaculi, atrii, domus. *Quam dilecta tabernacula tua**Dom. virt. & c. Psal. 83. a*

In taberna-  
culis iusti in

**T**Ria sunt, Tabernacula, Atria, Domus. In tabernaculis sunt omnes  
iusti in carne viventes & laborantes; quia tabernacula laborantium  
sunt



Sermones de Diversis.

727

sunt & militantium. Tabernaculum verò habet tectum, sed fundamento caret, & portabile est: quia iusti in presentibus non sunt fundati, sed inquirunt civitatem desursum fundamenta habentem. Fides etiam eorum, quæ est fundamentum, non est in terrenis, sed in Domino tectum habent, id est, munimentum gratiæ & protectionem. Atria sunt domui vicina, amplitudinem habentia. In illis sunt animæ sanctæ corporibus exuta, quæ in latitudine sunt, deposita carnis angustia. Atria habent fundamentum, sed non tectum, quia animæ quæ in amore Dei sunt non ruunt, unde *stantes erant pedes nostræ* a; sed non habent tectum, adhuc expectantes augmentum, quod non erit nisi in resurrectione corporum suorum. Post ipsam sanè resurrectionem cum Angelis erunt in domo, quæ habet fundamentum & tectum. Fundamentum est stabilitas æternæ beatitudinis, tectum consummatio & perfectio ipsius.

*carne viventes.*

*In atris sunt animæ corpore solute.*

a Psal. 121. a

*In domo animæ corporibus post resurr. reddita.*

S E R M O LXXIX.

*De voluntate Deo semper & in omnibus subiicienda.*

**P**aratum cor meum Deus, paratum cor meum <sup>a</sup>. Via regia, Fratres, nec ad dexteram declinat, nec ad sinistram. Porrò invenire est hominem semel quidem paratum, non quidem secundo. Si dixerit ei Deus, *eicce ancillam & filium eius* b, dico autem opera carnis: non cunctatur. Si dixeris, *immola mihi filium tuum quem diligis Isaac*: hoc planè jam patienter audire non potest, ut fraternæ utilitatis aut unitatis gratia, spiritualis sustinere videatur studii detrimenta. Quidni abiiciat facile servus Christi quicquid ad corpoream pertinet voluptatem? At vero spiritali iucunditate æquanimiter fraudari quando aut obedientia cogit, aut fraternæ charitatis ratio postulat, hoc planè magnum & Deo gratum offerre est holocaustum. Memento tamen non Maas in hoc sacrificio, sed arietem contumaciæ jugulari.

a Psal. 56. a

b Gen. 21. b

c Gen. 22. b

*NOTA.*  
*Quam difficile propriam relinquere voluntatem,*

S E R M O LXXX.

*De triplici unitate.*

**E**cce quàm bonum & quàm iucundum habitare fratres in unum a. Est unitas naturalis; unitas carnalis; unitas virtualis; unitas moralis, unitas spiritalis; unitas socialis; unitas personalis; unitas principalis. Unitas naturalis est inter corpus & animam. Unitas carnalis inter virum & mulierem, de qua dictum est b: *Erunt duo in carne una*. Unitas virtualis est quæ hominem sibi ipsi coniungit, ut non per diversa effluat, sed cum Propheta *manu perat à Domino*. Unitas moralis est quæ nos coniungit proximo. Unde Psalmista dicit: *Qui habitare facit unus moris in domo*. Unitas spiritalis est quæ nos coniungit Deo. Unde Apostolus c: *Qui adhæret Deo, unus spiritus est.*

a Psal. 132. a  
*Funas multiplices.*

b Genes. 2. d

c Psal. 26. b

d Psal. 67. a

e 1. Cor. 6. d

V y y y ;

Unitas